in pudibus reprehendit et postrata qui digito loquitur
Secundo tamen sit in loquendo suavis non clamorosus nec
tumultuosus ut docet Seneca Vox tua sine clamore
sit Interessio tamen sine tumultu Sit ubi tamen perfectatis
veracitas non sophistica quia qui sophistice loquitur
odibilis est unde dicit ecclesiasticus Sexto ante omnem actum
verbum verax precedat dicit idem ecclesiasticus Septimo sic
habeas discretionem quid loqui debeas tamen ubi quando
et quo loquendum est

Circa predicta potest dubitari an omnes videns de lingua
aliud teneatur eum corripere Pro quo notandum quod cor-
reptio fraterna de qua dicitur Mt 18 Si peccaverit in te
frater tuus corripe ipsum est in precepto si tamen iste sex
conditiones concurrant Prima est certa peccati cognitio quia
ex sola suspicione non debet fieri Secunda est mansuetudo
in corripiendo quia corripiens eum vel magis ponderat
quod corripiat Tertia est quod in alio non sit tanta aptitudo
ad corripiendum quia si proprium fratrem peccantem videat
alii eque boni sicut ego vel meliores et ei forte fa-
miliares vel prelati sui probabiliter supponere possum quod
aliquis istorum corripiat ipsum Si autem certum esset
quod omnes negligerent eum corripere tunc tenerer eum
ad hanc conditionem et aliis conditionibus concurrentibus Quarta
est spes probabilis de conversione correpti que si non
patitur sed peioratio timetur correptio fieri non debet
Quinta est quod peccatum sit mortale non veniale Sexta est quod non
sit spes habendi maioris opportunitatis temporis ad corripiendum
Istis sex conditionibus non concurrentibus licet preceptum
liget non tamen ligat ad exequendum id est corripiendum
sed potest differre sine peccato Quoniam hec sic concurrant hoc
tamen non dico de prelato sed de fratre qui presidentiam
non habet in illum qui peccavit Et obligatio huius
precepti est affirmativa ligans semper sed non ad semper Sed

tamen pro tempore maturitatis / ut quando homo omnes ille
sex condiciones supradicte deerunt / Circa hoc non est
timendum homini bone voluntatis de hac transgressione si ipse
se habuerit circa has condiciones / Item quando ei precepti secreta
correctio vel admonitio debet precedere denunciationem
quamvis ipsa correctio cadat sub precepto / Exceptis tamen
quatuor casibus in quibus non est necessarium / Primus quando frater
commissum suum moraliter peccat quia de veniali non est
preceptum / Secundus quando corripiendus fratrem ex sua secreta correctione
peiorem fore formidat / Tercius quando videt sit spes correctionis
quod secreta admonicionem tamen nova periculum habet / tunc
omissa privata correctione statim denunciare debet
Quartus quia corripiens sine propria culpa corripere non valet
quia dicit Gregorius / perfecte magnitudinis laus est perpeti
fortiter extrinsecus et intus tremere / Nam sunt nonnulli qui
de ipsa familiari concupiscentia corripi nequeunt sine
culpa corrigentis / Utique solum tamen vel corrigente minorat
vel non ordinata hec aggravant agentes magna misterii
arte dissimulanda dissimulatione tollerant / Circa hec
sciendum quod in hiis que tradidit dominus servanda aliquid est
proprie forma servanda et tenenda / ut in sacramentis et
in talibus non licet recedere a prescriptis verborum formis
quia de ipsis virtus sacramenti consistit / Aliquid enim
finis intentionis magis debet attendi quam forma verborum
ut tamen dominus dixit curato a lepra Mathei viii Nemini dixeris
et tamen ille diffamavit eum / quia magis attendebat propter quod
dixerit quam quod dixerit / Similiter hic magis debet attendi
finis correptionis scilicet emendacio peccantis quam forma verborum
Sed ergo quando videat frater peccans salubrius corrigi
per alium qui potest et vult prodesse / tunc se potest ei secrete indicare
Unde etiam Plato dicitur potest per patrem fratris non premissa monitione

vel secreta correptione non tamen iniuria si tamen animo
peccantis 2gm ei magis pt pdesse / q3 deinde pa
pne sup tam pratos Vel pa(cc)m de quo fuit sicut
spetrans secrete correptus seu motus et de quo se
emendavit pt dici plato pcipienti p obedientia / Ita
tamen qd si pa(cc)m solus denuntians noveat / soli plato
dicat / si aut etiam alii noverunt non tota alius qm tota
illius pa(cc)m plato revelet / Cavendum est etiam ne quis
aliquo sinistre aut aliud de aliquo loquatur nisi ut ut ille
de quo loquitur ab illo cum loquitur emendetur / vel ne illi
cum loquitur ei familiaritate iungatur / et ab ipso correptus
correptionem aut pdicationem / non debet dimittere plato
propter subsannationem / ubi sunt aliqui boni aut malos
vel quando omnes sunt mali / spes tamen sit de correctione
alios debet tacere / vel pt ad aliud locum transire / ubi
fructum possit facere

Utrum malo loqui sit semper
peccatum mortale

Sequitur questio utilis ab eodem magistro Johanne Gerson
dictata de custodia lingue
Queritur utrum male loqui de aliis in eorum absentia
sit semper pa(cc)m et videtur quod sic quia nullus vellet hoc
fieri sibi erga se ergo nec debet ita facere erga alios
preceptum illa lex naturalis et divini / quod tibi non vis
fieri alteri ne feceris In oppositum arguitur / quia si sit totum
sive nunquam dampnaretur cum lingua hominum prima sit valde
ad loquendum Pro responsione notandum est quod actio
moralis liberum accipit laude vel vituperium ex circumstan
tiis et specialiter ex circumstantiis finis / Inquirendum est
igitur quo fine dicitur malum de absentibus / et occurrunt
sex fines generales / quorum quatuor primi sunt sic sunt boni